



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Præbendis & dignitatibus. Consilium CCXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

ra verit; præsertim cum per hunc idoneo facta sit collatio, & communis omnium Capitularium opinio ea in parte ius faciat, & erroris effectum detergat. *l. Barbarius. d. de officio prætorum*, potissimum quia error antiquiorem causam habere dicatur, hoc est non nunc primum in persona D. Antonij, sed calculo repetito retrorsum in antecedente undecimo mense, in quo dicitur error commissus, & ad hanc pronuntiationem seu ordinationem D. Antonij continuatus, ac nunc primum ex occasione huius litis, atque nimia Domini Decani hanc collationem subvertere studentis, diligentia ac scrupulositate detectus; ita quod error propriè dici non possit subesse in dicto novissimo D. Antonij turno, sed si quis fuerit, is constituendus sit in illo, in cuius persona ab hinc undecimo mense erratum fuit, qui huic collationi obesse non debet; ¶ quia continua aliorum hebdomadariorum in institutione per tot sequentes hebdomadas sine alio errore deterius omnino est; sic ut error communis omnium Capitulariorum nemine unquam contradicente ius legerit, *Panor. in c. Consultationibus de iure patronat.* exercitè potissimum possessione virtute huiusmodi pronuntiationis non tantum per eos, qui simili errore medio tempore nominati & pronuntiati hebdomadarij contulerunt, verum etiam per eundem hunc Dominum Antonium, qui ex tribus beneficijs vacantibus per obitum Domini Agidij leight in dicta Ecclesia vacantibus duas Capellanas ante Collationem de dicta parochiali Ecclesia iusto intervallo antea fecerat; quas collationes dictum Capitulum admisit, & institutione confirmavit: sic quod admittenda quoque sit prædicta sublequens collatio de dicta parochiali Ecclesia virtute eiusdem turni facta; ¶ non obstante dicto errore non proximo aut propinquo, sed remoto, causante (si quis fuit) non simplicem, sed communem errorem, qui in his, quæ non privato, sed publico seu alieno nomine geruntur, facilius toleratur, *Cardin. in d. clem. vers. ad prioratus nu. 10.*

7. Atque inde est, quod si quis ad collationem seu præsentationem alicuius, qui credebatur patronus licet erronee, institutus fuerit occurrente vacatione novâ, si idem putativus patronus denuò contulerit, admittendus omnino & instituendus sit secundus collatarius, propter præcedentem juris conferendi possessionem, *d. c. consultationibus & ibi Panor. nu. 3. Nicol. Everardi præf. consil. 132.* Sic ut in proposito casu ex conjunctione multorum sustineri omnino debeat hæc præfati D. Antonij collatio, & ex alterius turni assignatione, post collationem facta nullatenus revocari; videlicet quia hic error, si quis sit, ab antiquo causam trahat, & per multas continuationes sit deterius & obliteratus; quia communis sit; quia non ratione juris sui, sed nomine Capituli hanc collationem D. Antonius fecerit; quia ex hoc suo errore nullum lucrum sentiat aut sentire possit; & denique quia non tantum putativus hebdomadarius seu turnarius fuerit, verum etiam in possessione virtute eiusdem turni conferendi, *Card. d. nu. 10. Panor. in c. Consultationibus.*

De Præbendis & dignitatibus.

S V M M A R I V M.

Turni consumpti in collationibus beneficiorum.

1. Pontifex præcedenti sua provisioni derogare non censetur.
2. Vices alterius nemo occupare debet.
3. Nominatio collatoris manus ligat.
4. Collatio in præiudicium provisionis Papalis est nulla.
5. Clausula decreti irritantis etiam ignorantes ligat.
6. Resignatio in favorem facta in manibus Papæ, compendit resignationem ex causa compendii.
7. Collator impeditus in turno non amittit turnum.
8. Collatori vacare non dicitur quod libere non vacat.

CONSILIUM CCXXI.

CAPELLANIA quædam in fundatione, statuto, vel consuetudine pertinet ad alternativam vicissitudinariamque collationem Domini temporalis loci pro una, & Capituli pro altera vicibus, & per certa concordata Domine Margarete Comitisse Flandriæ ante ducentos annos constitutum fuit, quod quoties Pontifex liberè alicui confert in turno Capituli, huiusmodi collatio consumatur turnum & vices Capituli. Novissima collatione occurrente turnus fuit Domini temporalis, qui de ea Capellania providit eidem Hugoni. Hic Hugo deinde eam resignavit in manibus Papæ in favorem eiusdem D. Meurchini, qui D. Meurchinus ulterius eam permutavit cum Laurentio Lotio. Inde occurrente vacatione per mortem dicti Laurentij in his partibus defuncti Capitulum contendens suas esse in conferendo vices contulit istam Capellaniam Ioanni Morellis; Dominus verò temporalis contulit eandem D. Iacobo Charlier; concurrunt nominatus per Universitatem Lovaniensem; concurrunt & alius quartus, cui Per Pontificem Capellania collata est.

Quæritur quis hic sit potior? Paucis respondetur, quartum ne colorem quidem juris alicuius habere; quia semper eum vincit vel nominatus, si vices Capituli fuerint, * ob id, quod nominatus etiam nitatur gratiâ Apostolicâ, & quidem anteriore, cui non præsumitur Pontifex derogare voluisse, *c. Ex tuarum de author. & vsu patry.* vel præsentatus per temporalem Dominum, propter ius patronatus laicale, cui etiam Papa non derogavit, nec derogare voluisse præsumitur, *c. 2. & ibi not. de præben. lib. 6.* Is quoque qui à Capitulo collationem ordinariam habet iure destituitur.

Nam si vices conferendi fuerint in turno Domini temporalis, nulla est collatio Capituli; quia nemo in ius aut vices alterius manum mittere debet, *l. Vnicuique c. de prox. sacror. scrip. lib. 12. Angelus consil. 111.* Ordo consuetudinis: fin verò Capituli fuerint vices, semper potior est nominati conditio, propterea quod manus Capituli, ad cuius collationem nominatio facta est, per nominationem ligata fuerint, & nulla alteri quam nominato acceptanti pro ea vice, conferre poterit. * Sic quod ista collatio in præiudicium reservationis Papalis omnino fuerit nulla, *c. si beneficiis*

neſcia. c. Si poſtquam De præben. lib. 6. Zabarella con-
4 ſil. 104. Poſt reddidit. ¶ poſſimum propter vim &
effectum decreti irritantis Bullæ nominationis
inſerti, quod etiam ignorantes afficit, panor. in c.
Dilecto De præben. c. xvi qui §. quoniam De reſcript.
lib. 6.

Reſidet ergo quaſtio & controyerſia tantum
inter nominatum ac præſentatum per Dominum
temporalem; & totius quaſtionis ſtatu in
eo hæret, cuius fuerint vices tempore mortis
Laurentij Lotij noviffimi poſſeſſoris hujus Capel-
lanæ? Vt paucis, quamvis multa in utramque
partem dici & adferri poſſent, deſungamur, dicimus
vices fuiſſe dicti Capituli; ob id, quod neviſſima
libera vacatio & conferendi potestas fuerit dicti
Domini temporalis, quam etiam conſumpſerit
conferendo ſupramentionato Hugoni, poſtquam
huculque nulla occurrit vera vacatio, quæ Ca-
pitulum vices ſuas exercere poterit. Nam duæ
ſequentes in eorum manus non inciderunt: quod
prima fuerit facta in manibus Pontificis in favo-
rem D. Meurchini, ſequens verbò ex cauſa permuta-
5 tionis. ¶ Quæ enim in favorem alicujus ad
manus Papæ fit, libera non eſt; cum eam legem
ſibi dixerit, ac neceſſitatem ſibi impoſuerit Papa,
ut ei ſolus in cuius favorem facta eſt reſignatio, con-
ferri debeat beneficium, & alteri conferri non
poſſit, Doct. in c. Ex parte 1. de off. deleg. Et quæ
ex cauſa permutationis, etiam in manibus ordi-
narij Collatoris, occurrit vacatio, adiunctam
habet neceſſitatem conferendi compermutanti, &
minimè facultatem conferendi, cui Papa vel or-
dinarius vult, Clem. 1. De rerum, permutat. Unde
cum nulla harum duarum vacationum pertinuerit
ad Capitulum, neceſſario hæc tertia pertinere
debet; ut viciffitudo ſervetur, & ex impedimen-
tis illis damnum aut præjudicium juris ſui non
patiatur dictum Capitulum; ¶ cum generaliter
verum, ſic quod quoties Collatori incidit vel oc-
6 currit impedimentum aliquod ſine ſua culpa, Col-
latori ſemper maneat ius ſuum ſalvum, c. Ne pro
defectu de elect. c. Quia univerſitatem de conceſſ. præb.
c. Si electio de elect. lib. 6. Gloſſ. Pragmat. ſanct. in de
collat. §. ite quod omnia in v. faciendi: quod autoritate
Rote Romanæ in huiusmodi alternativa ſeu vic-
ciſſitudinaria duorum Collatorum facultate con-
ferendi aperte, & in individuo deciſum eſt, Rota
decif. 190. Nota quod ubi ex ſtatuto alijs. 21. De præb.
in antiq. Caſſadorum decif. 10. nu. 3. de conceſſ. præben.
Vt enim turnus ſeu viciffitudo conſumatur, ne-
ceſſe eſt, quod occasio conferendi Collatori ob-
lata ſit; cum quod ad manus Collatoris non va-
cat, conferri non poſſit, c. 2. de conceſſ. præben.

* nec vacare dicitur Collatori propriè, niſi cum
7 ipſi libera conferendi eſt facultas. Quamobrem ex
cauſa compermutationis ad manus Ordinarij facta
reſignatio propriè non judicat modum vacationis,
per quem turnus conſumatur: quia licet volunta-
ria ſint omnia quoad ipſos compermutantes; nulla
tamen eſt libertas quoad ipſum Collatorem, qui
non cui ipſe, ſed cui velint permutantes, conferre
debet, d. Clem. 1. Rota decif. 23. Fuit dubitatum utrum
beneficia alias eſt 1. d. rer. permut. in novis. Proinde
quamvis in dictis concordatis cautum ſit, quod
quoties Pontifex liberè alicui confert, tranſeant

Conſ. Wameſ. Tom. I.

vices Capituli; per neutram tamen prædictarum
vacationum aut collationum vices Capituli con-
ſumptæ aut tranſiſſe dici poſſunt, quia neutra
fuit libera: altera ex reſignatione in favorem; altera
ex cauſa compermutationis: cum utroque caſu
dixerimus neceſſariam, non voluntariam eſſe col-
lationem. Nihil etiam obſtante, quod Papa in col-
latione ex priorè illa reſignatione in favorem de-
rogaverit juri Capituli: quia Capituli nullum jus
fuit, in quo vices aliquas huiusmodi derogatoria
verba operari poſſint; ob id, quod in urbe tunc illa
vacatio contigerit; ex cuius generis vacatione ne-
mo Ordinarius conferre poteſt, propter reſerva-
tionem Papalem per ſuas regulas Cancellariæ fa-
ctam. Et ut aliqua vis in eo conſtitui poſſet, effe-
ctum tamen non haberet ea derogatio: od id, quod
proponatur procuratam eſſe per Dominum tempo-
ralem ad ſic conſumendum turnum & vices Ca-
pituli. Cum ergo vices Domini temporalis tem-
pore hujus vacationis, ex qua ad hanc Capella-
niam contenditur, non fuerint, nihil quoque juris
prætereſſe poteſt præſentatus per Dominum tem-
poralem: & ſic ſolus relinquitur nominatus Lova-
niensis, qui in obtinenda hac Cappellania omni-
bus debet præferri.

De Præbendis & dignitatibus.

S V M M A R I U M.

Turni conſumptio.

1. Permutata beneficia compermutantibus conferenda.
2. Beneficia reſignata ſimpliciter in favorem tertij, in
manibus Papæ alij quam tertio Papæ conferre
non poſſit.
3. Caſus mixtus cui ex ſimplicibus accedat.
4. Reſignatio ex cauſa permutationis, an ſit libera.
5. Reſervata beneficia quando ordinarius conferre poſſit.
6. Signatura nuda quando ſtandum.
7. Beneficium Monoculare.

CONSILIUM CCXXII.

S A P I V S ad incudem redit cauſa be-
neſicialis, quæ eſt inter D. & M. Ioannem
de Ravenſlein Opponentem, de & ſuper
Capellania de Rinevaljin qua non obſtan-
tibus, quæ in prima inſtancia pro aſſertione boni
juris dicti Opponentis ſcripſimus, idem Opponen-
s contrariam retulit ſententiam: quæ quoniam appel-
latione interpolata, retractabilis eſt, l. 1. d. De ap-
pellat. ad novum ſcribendi latiusque conſutandi
ea, quæ tam in prima quàm ſecunda hac inſtancia,
ex adverſo allata eſſe deprehendimus, nos incitant.
Et ſanè principio adhuc in eo perſiſtimus, Apoſto-
licam illam provisionem, ex qua Alexander le
Blancq per reſignationem Hugonis Rouſſout niti-
tur, etiamſi hæc veram vacationem beneficij mo-
mentaneam induxerit, non conſumpſiſſe turnum ſeu
vices ordinariæ collationis ad Capitulum Col-
legiatæ Eccleſiæ S. Petri Inſulensis ea vice ſpe-
ſtantis; ideoque illas adhuc ſteſiſſe, occurrente
alia proxima libera collatione; & per confe-
quens huiusmodi vacationem jure inſulti no-
minationis pertinuiſſe ad dictum Opponentem,
utpotè legitime ad collationes dicti Capituli
nominatum: idque ex ea quam prius etiam ad-
duximus ratione, quod vacatio ex cauſa ſimplicis

M m

reſigna-